

M

V

M

T

6

T

4

- ~~20~~ Contenta suis - Tomi Iambel  
1. Dolans lata carmina vgl.
2. Panegyrici Eridis & tri Solenni introductae Acad.  
Iulie die, vniuersitatis p. ffa. Valij. Thad. Alani.
3. I. Caselij ad I. ff. Arnulfum epita. 1610.
4. Gratulationes eis facta da gradu D.
5. Gratulationes ad C. Othenii, Compliis filie
6. I. Caselij Iamulcor, Munimij nuptijs
7. Elogium Bartoli Lichij, decrta nuptijs
8. I. Caselij ad Eobald. Brunneus & solatia sup ror. g. n. obitum
9. I. Caselij epita d. I. Agneta, in q. chitz, i. dimodistic. de studio d.  
cerdi 3. Ida. Iudicione historice
10. Epita Caselij ad philippam e. Dali. pommerania
11. Etiam epita ad C. V. V. Lycium, E. literare studia, quosfi  
me, quo oratione & modo calat inganiosi adoloscet, primariaq  
in ep. casis filij.
12. obitio Christ. Henr. nani de vero ac primo bono  
q. facere sibi in ali. scilicet locitate somo p. t.
13. obitio fureb. scripta furea Mylio, Caselij
14. etras exx. etras Vita Valerianii Cesp. S. Myli. I. Caselij
15. programma in funere d. farcidi
16. Caselij oratione uita in promotione Magistri dory. 1611.
17. Ioh. C. Epita ad Thaddeus Bohre
18. I. G. & zathlelo do. lignitate & habore isti ad Eri. clac.
19. Epita d. I. Caselij. & q. nos nulla & proles rala  
de. magistratu & morte & scolaritate
2. Scilicet tate & urbanitate
3. a caselij niciis duobus priuatis & natus. modestia  
concordia

20. programma sup obitu Joh. Caroli Caselij T.F.
21. Gratulationes de Magisteratu, Cornilio,
22. In natalium u. Frid. Vtric. D. B.
23. Gratulatio Joh. Caselij, nuptijs Hennig v. d. Sylvest
24. Epita pectoris ad Tho. dorū. Tolani. ni nuptijs
25. Alia q̄ gratulat̄ I. Henr. Duderstadt̄, de nuptijs  
Nota Sic elegans illud: q̄ rāgnera dicta noratia XV.
26. Illius ad Henr. Strubin de eodo rāgo
27. programma parvularum ad studiorū iustitiae. &  
Cunprimis eas q̄ ni communis dictio p̄
28. Epita I. Caselij ad Petrum Ldā. Engebr.
29. Jo. Cas. ad Detlevum Rastin Epita.
30. Eiusdē Epita duæ ad Myrios.
31. Ad inaugurationē magnificatio de domo ni acad. sv.
32. In iudicio proctoriorū
33. de Beneficiis apulentiorū usū fortunay ministris p̄faro. 16.
34. ad Ernā Maredslo I.C. gratulatio de nuptijs
35. Luneburgi felicitas I. Casel.
36. programma ni funere Septembris virginis Clif. Marijona
37. I. Cas. Epita ad Iugmā. Sup obitu iphi Uxoris
38. Eiusdē Epita ad D. Ann. Egelsb. in qua nouella de  
explicativa primarij Ich. dignitate.
39. De iusdictō. Discretio iuridica p̄ gradu Arrol. Engelsb.
40. De vita, obitu cl. Caselij programma ab. 1613.
- J.V. Doktoris legitimis modis ac ritib⁹ renuntiato.

41. Oratio cl. Steidnari in funere cl. Caschij.  
42. + Ireni cl. Storrey Sup eiusdem obitu.  
43. Eiusdem argli Barenij.  
44. oratione in fun. c. N. + leo dom. Solomij. An. 613.  
45. Orationes duas C. Steidnari  
1. de ipso nro  
2. de beneficiis M. D. B. in aed. Jul.

Afge  
Sammlbd!  
Jul

*Rodo et doctissimo viro  
M. Valentino Mylio.  
Exaudiatur in Harpia.*

*W. Nagel. S.*

Keraja

9.

IO. CASELII  
AD EOBALDVM BRVM.  
MERVM, I. C. CL.

*Super secunda coniugis obitu*

CONSOLATIO.

*Filius item alia paucæ epistola.*



HELMESTADI,  
Ex officina typographica Iacobi Lucij,  
ANNO. CL XI cX.



MēCα γήεως παρατυχή.

Vdant perædes cursitantes,  
per vias,  
Desideratis paruuli crepundijs:  
Exosculentur pupulas puellulæ,  
Mares, vt hastas, torqueant arun-  
dines:  
Curis ego senex, & annis obsitus,  
Nouum genus mihi repperi sola-  
minis,  
Meditorūe versus, scriptitoūe lit-  
teras:  
Mihi hoc labore comparatur otium,

*VI. Kalend. Decembr.*  

---

cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> cX.

**CL. V. EOBALDO BRVMERO**

**IC.º PATRICIO ROSTOCHIENSIS,**

*amplissima reip. Stargardiensis syndico, af-  
fini carissimo. S. D.*

**IOANNES CASELIUS.**

Vius generis tu à me litteras expe-  
ctasses, & ego tibi deberem, accom-  
modatas videlicet temporis tuo, fa-  
cile vidi ex tuis & amicissimè scri-  
ptis & dolentissimè. Namq; & veterem ani-  
mum tuum, mei obseruatissimum multis ver-  
bis aperuisti, & luctum tuum mihi quasi ante  
oculos posuisti. Illud opus non erat, de quo  
mihi constitisset ab initio notitiæ nostræ, non  
minùs, quām tibi de mea in te bencuolentia,  
qua te ab eo tempore prosecutus fui, quo & in-  
genium, & mores, & doctrinam tuam valdè pro-  
bau. Ex luctu autem tuo dolorem animo acce-  
pi grauem: Amisisti enim, quod & antè mihi  
vir integerrimus, & prudentissimus & ab an-  
nis iam triginta & amplius nobis amicissimus,  
Matthias Finccius, exposuerat, cum ipse hic

A 2

mul-

multa mihi præterea de te , rebusq; tuis,  
quæ libenter cognoscerem , referret. Amisisti  
secundam quoq; vitæ tuæ sociam, & ipsam et-  
iam factam ad nutum, ad ætatem , ad commu-  
nem remi familiarem , tuorum liberūm natura  
quidem nouercam, sed animo matrem. Neq;  
igitur sanè mirum , hoc Barbaræ Schaumiæ  
funus æquè acerbum tibi accidisse, vt tot annis  
antè Margaritæ Myliæ , quam in patria tua  
Cl. Andreæ Mylij, qui tum erat in præcipuis con-  
siliarijs Megapolitanis, socii quoq; mei, filiam  
duxeras. Hoc neq; tacente te dubitare pote-  
ram: Myliam enim omnem amisisse videri non  
poteras, ex qua & filium suscepisses & duas filias.  
Mihi hoc euenit, cum tuæ illius sororem Gertru-  
din Myliam subito exstinctam acutissimis late-  
rum doloribus, sepeliuisse, vt liberorum pluri-  
um superstitem conspectu nonnihil respirarem,  
qui sæpè tamen, præsertim filias intuens , eas na-  
turali educatrice carere supra modum indole-  
rem, quod munus alijs atq; alijs , donec adole-  
scentulæ præstantibus ambæ viris nüberent,  
cum perpetua animi sollicitudine credidi. Pæ-  
dagogos enim filijs facile inueni perdoneos.

lum

Feci

Feci in priore luctu tuo, quod amicitiae & affinitati nostrae debebam, vt te per litteras alloquerer, quod pro qualicunq; animi medicina haberet, etsi virum te esse & vtriusq; sapientiae præceptis imbütum, minimè nesciebam, qui non minùs sacras litteras didicisses quàm coluisses à puerō studia, non absq; caussa dicta sapientiae: ac præterea vsus, (adsuefieri namq; nos vitæ necessitatibus volentes nolentes oportet) te confirmauerat: tamen illud meum erga te studium tibi non ingratum futurum sciebam, & gratum fuisse cognoui. Tuæ autem res & tua ætas, quam tum medium agebas, inuitabant te ad alteras nuptias. Namq; vt omittam curam rei familiaris, quæ exteris vix vnquam tutò creditur: quod si filium educare ipse per aliū poteras; filiabus opus erat, quæ matris munus expleret. Consilium ego tuum statim probabam, licet tali ipse usus non fuisset: neq; opinor, vti debebam, cum me viduum iam premeret ingrauescens ætas: simul cogitabam, haud frequentem esse felicitatem secundi coniugij. Memineram etiam sapientis dictum, & Charrondæ legem. Thuriorum autem legislator

tor à sapiente legem suam acceperat , eamq;  
huius auctoritate confirmabat:

Ο παιδίν αὐτὸς μητρέψας ἐπεισόγων,  
Μάτ' ἐνδοκιμεῖσθω , μήτε μετεχέτω λόγῳ  
Θέσθι τοῖς πολίταις , οἵς ἐπεισικλον πακὸν  
Καὶ τὸ ἔαυτὸν πειραγμάτων πεπορεσμένο.  
Εἴτε ἐπέτυχες γέδ (Φροῖ) γῆμας τὸ πεότερον,  
Ευημερῶν καταπάνουν εἴτε σὸν ἐπέτυχες,  
Μανικὸν τὸ πείρεις δευτέρος λαβεῖν πάλιν.

Sed hæc & tibi cognita & hærent in memoria.  
Illa tamen, qui cum Thurijs non viuerem, nihil  
me mouissent, nisi me aliena ætas semouisset, &  
tenuitas valetudinis, quacum omnem ætatem  
luctari mihi necesse fuit, & cum supplicare in-  
dies familiæ AEsculapij, tum multa perpeti o-  
portuit. Tu autem, Eobalde, iuuenis, & fir-  
mis viribus vir, inueniebas, nosq; eo nomine  
tibi fauebamus, Sedini ad Viadrum loco pri-  
mario natam virginem, consulis filiam, Bar-  
baram Schaumiam, quam per litteras ad te par-  
ciùs laudo, ne tibi dolorem potiùs augeam,  
quàm minuam: et si memoria eorum quos de-  
sideramus, inter dolendum aliquid effundit,  
quod quid solatij siue mellis instar habeat.  
Eiusmodi autem alia atq; alia vnde cunq; cor-  
roga-

rogare nos oportet ad leniendas quotidianas o-  
mnis generis miserias. Nullus enim dies oritur,  
quin nos quid animi angat, etiam quantillum  
sit. In mœroribus autem & animi doloribus,  
si qui nos pungunt profundius, maiore studio  
& fortè pluribus pharmaciis opus est, quorum  
neq; nullæ sunt differentiæ. Ac primùm, sicut  
à fœtidis nares & oculos aliò conuertimus, ita  
à tristibus respiciamus ad gratiora. Hoc ipse  
& intelligis & facis. Propterea enim mihi narras  
affinium tuarum erga te studium, & singularem  
erga tuos socrus benevolentiam, erga te animi  
cultum. Laudem mereris & ipse, qui illos in  
honore habeas, vti illarū germanus, & huius fi-  
lius. Hac coniunctione nihil ad omnes pulcrius,  
nihil vobis inter vos iucundius, nihil familiae sa-  
lutarius, et si hæc iam affinitate, officijs & ani-  
mis in vnam coaluit. In hac vestra familia habes  
maiorem natu filiam, Benignam Brummeri-  
am, nuptam Ioanni VVachsio, non solum  
legum ciuilium scientia prædicto, sed secreta  
quoq; recip. vestræ negotia gerentem secundo  
à te loco: quem cum tu inprimis absq; dubio  
doceas de pluribus, ille te contrà subleuare in  
plæ-

placuisse potest: atque id utriusque, ut profecto fieri  
oportet, ita fieri perpetuo studio, minimè dubito. Filium autem Andream non minori vo-  
luptati tibi esse, quam mihi est unicus superstes  
Ioan. Carolus, non solum pater ostendis, sed  
in epistola siue prædicat, siue hoc se agere, ut  
consequaris, præ se fert filius. Habebis autem  
hanc partem tibi non minus pro gratulatione,  
quam pro consolatione. Velim tuis studia mea  
meorumque deferas: sed & ad filium tuum, itemque  
ad generum tuum aliquid dabo: ut mihi  
ille suas fuisse gratas, hic se nobis carum esse in-  
telligat. Vale. Helmæstadic ex academia Iulia  
pridie id. Octobres c. 10. 15. c. X.

ANDREAE, EO BALDI F. BRVM-  
MER O, patriciae Rostochio originis, magnæ expectatio-  
nis adolescenti, affini carissimo S. D.

IOAN. CASELIVS.

**A**cit, ut pater, & vir sapiens, pater tuus, neg. maius in  
te beneficium conferre potest, quam quod te in litteris  
ad virtutem & pietatem in conspectu suo educar: &  
quidem in ijs litteris, quæ sunt pueritia tua, & ab ad-  
ultiore facile negligantur, si alio ires, vel cum patris venia: quin  
infici, siue potius imbui bonis moribus domi, hoc quoq; ex re aliâ  
sâlute tua est maximè. Huc pertinet, quod aui materni, Cl. V. An-  
drea Myli, sacerdoti item mei, eximias virtutes, & cum primis pru-  
den-

dentiam postulauit, & huic seruientem maxime eloquentiam roros dicit  
eis vobis decantat, ut hoc exemplum tibi ob oculos ponere, mibi minus opus sit, immo superuacaneum iudicem, cum quod quocunq; illa sunt, ex patre accipis, cum quod ipse statim a magni illius viri obitu, omnem ipsius vitam oratione mea non minus vere, quam diltigeret, & ut spero, disseri satis persecutus sum: qua lucubratio etiam ipsis expressa, hactenus certo consilio in arcula mea recondita afferuatur: publicabitur tamen propediem. Nec me fugit, patrem tuum mei quoq; amicissimam ad te & apud quosq; familiares mentionem facere, & quædam a me edita tibi legenda dare non dubito, quibus in isto litterario spatio confirmiris: legeris autem cum alia, cum epistolam, qua patrem ante annos duodecim super obitu carissime uxoris, matris tibi desiderissime, Margaretæ Mylie, consolabar. Sed & prater hanc epistolam, mittam tibi legenda, quæ tua adolescens consentanea in promptu habeo. Non possum etiam facere, quin te patris quoq; exemplum intueri iubeam: qui quantu bodiè vir sit, & ipse vides, & ex omnium bonorum erga ipsum obseruantia magis cognoscis. Adolescens profectò, quod ex nemine, quam ex me cognoscere certius, ita aquabat, aquilium quoquor erant, modestia, & vera quam plurima discendi perpetuo studio omnes, ut plerosq; longo etiam interuallo anteufereret: elucebat ex ipsius vultu nativa verecundia, nec erat quisquam maiorum obseruantior, aut senibus obsequenter. Neg; nihil proficies ex sororu tua Margarita marito, IOANNE VVACHSIO, & ipso viro docto, & legum scientia hand vulgari predito. Nam & sacer de eo sic sentit, & idem predictant populares. Causa mibi quoq; est, ut de paterno auro verbum faciam, et si virum ipse nunquam vidi: qui cum primum in rep. locum virtute & prudentia obtinuerit, amicorum dicitur fuisse studiosissimus, etiam in consulatu, unde laudem adeptus, apud bonos viri memoria in pretio habita semper fuit. Cum porro me quoq; videre desideraris, ut scribis, ego te non minus, è proxima affinitate prestantium mihiq; carissimorum parentum

B

filium,



filium, liberorum meorum consobrinum videre peruelim, idq; futurum non dubito, si lucis huius usura mibi paulo diutius frui contingat. Tu vero facies cum in hac re, tum in omnibus alijs, nihil prater voluntatem & consilium patris. Neg; enim quisquam prudenterius, arg; etiam felicius de liberis statuet, quam ipse pater, cui abunde domi consilij est. Vale. Helma studio ex academia Iulia, idib. Octobr. cI. I. CX.

## IOANNI VVACHSIO I. C.

S. D. I o. CASELIVS.

 Va humanitatis in uniuersum esse iudicantur, ea ad me singula pertinere & ipse censeo, & ne quid eorum in me desideretur, sedulo do operam. In ijs & hoc est, ut, qui sibi inter se propiores natura sunt, ad mutua studia obligati se diligent, natura siue omnium gentium legibus. Quod mihi ad te primum scripturo in mentem veniebat: neg, tamen altius repetere attinebat, de quibus nemo dubitat: tu vero doctrina preditus, & ad humanitatem factus, cum idem sentis, tum ita affectus es. Rectius igitur a re ipsa ordiar. Fuit mihi antea pluribus notitia, & amicitia simul, cum EOBALDO BRYMERO: adolescentem statim diligebam ob modestiam & acre litterarum studium. Hoc et si primum animorum vinculum est, nihil vetet tamen id alijs atq; alijs nodis astringi arctius. Euenit autem, ut uxoris meae sororem in patria iauenit uxorem duceret, ipsam quoq; filiam Cl. ANDREAE MYLII. Ut uno loco vitam degeneremus, diuturnum non fuit, ut fatum est preditorum litteris, siue rationes nostrar, quemq; siue cogunt, & publicè quoq;, non solum expedire nostra videtur. Expeberebatur EOBALDV'S à rep. primaria Stargardiensi, ut esset senatus à primis consilijs: que consilia à Varno me ad Elmum abduxerint, cum ille tibi sepius exposuerit, in re cognita nolim esse verbosior. Ita & ille & ego, nostraq; item familiæ,

milie locis disiuncti, non item animis fuimus: quod erat amicorum  
& bonorum affinium: neq; non ex eo usq; tempore perpetuam ani-  
morum coniunctionem nobis inter nos declarare conati fuimus, &  
studijs necessarijs, & litteris, que quo essent rariores, hoc gratio-  
res. Aliquando quæ istic ad unum mensem gererentur, non com-  
perimus: quæ hic fuere turba, frequentius istuc perferebantur, vel  
ab ipsa fama, suspicor. Bruma autem superiore cum & paullum mihi  
esset ory, & mittendi certa commoditas, nunciaui de meis rebus,  
que habebam: ille per eundem hominem sua mihi narravit. Ex  
amicis de secunde EOBALDI coniugis obitu acceperam: etiam  
elocasse ipsum priorem natu filiam. Gratum mihi fecit affinis, qui  
accuratius narrauit omnia, se MARGARITAM filiam viro bo-  
no, eidemq; docto collocasse in matrimonium non solum sui ordinis  
homini, sed eiusdem preterea collegij. Quæ enim consilia ciuitatis  
ipse porosissimum perpetuo studio dirigeret, in ijs tuam operam secun-  
dam esse, qua ingrauecente propemodum atate, quantum opus es-  
set, & vellet, interdum subleuaretur. Multa alia, confirmata  
postea aliorum sermonibus, è quibus quis esses, qua industria & fide  
in isto munere, qua item obseruantia erga sacerorum, facile cognoui:  
libenter equidem cognoui veteris amici & affinis carissimi hac in  
parte felicitatem: neq; potui facere, quin & ipsi de tali genero, &  
ibi de tam præstante saceroto gratularer: est, quod uterga gaudearis:  
id ex mea quoq; felicitate, vestrapari, vobis recte assuerem. Nam  
cum multa aduersa mihi ab annis viginti euenerint, in hac quoq;  
ipse parte, non tam prudentia mea, quam diuinitus natus sum  
duos optatissimos generos, THEODORVM ADAMIVM, &  
THEODORVM HVPAEVVM, Senates ambos: nec est Sene  
ignobile oppidum ad Herciniam: ipsos consobrinos, in litteris edu-  
catos, viros egregiè doctos, vite genere iurisconsultos. HVPAEVVS  
enim cum à secretoriibus consilijs annos plures fuisset academia  
IVLIAE, iam in ALVESLEBIORVM prætura ius dicit:  
ADAMIVS ab initio hinc simul artem dicendi nobilem docuit, &

rūm in ordine iuris consultorum, rūm in iudicio prouinciali sententiam dixit, atq; etiam hodie virog; munere fungitur: rhetorica alteri delegata, interpretatur in academia Pandectas. Ambo autem meam prædicationem superant: primum hoc omnium, quod me colunt, ut parentem: hinc coniuge cetera: & hoc habeo in primis, quod & è scriptis veterum, & ex ipsa philosophia non minus quam ex historia, & è peregrinatione transitis Alpibus, maiorem sibi prudentiam iuuenes comparauerant. Virg; etiam narravi socii tui de te prædicationem: vobis non minus gratulantur, quam ego. Vos autem meam hanc quog; felicitatem scire potius volui. Esse enim nobis è publicis plurim annorum calamitatibus, quas vel natura rerum nobis intulit, vel turbulenti homines, tum alijs: tum sibimet ipsi potissimum excitarunt, quibus nos etiam premamur, vel afficiamur, innotuit per orbem: mala autem domestica sine querelis minus iniquo animo toleranda intelligimus: deq; illis querelas texere & frustra sit, & palam abieci animi. Vale. Helm. ex acad. Iulia idib. Octobr. 1515 CX.

EOBALDO BRVMMERO IC.<sup>to</sup>

S. D. IOANNES CASELIVS.

**B** Enigniores & humaniores litteras plures simul non acceperam, atq; istinc, in quibus & tu & erant. Dum quero certum hominem, per quem respondeam, menses aliquot elabuntur, donec se vltro mihi offerret ciuis, siue familiaris uester, IOACHIMVS FABRICIVS, cui plus gratificari viderer, quam ille mibi, qui singularem à me iniret gratiam. Hoc enim agebam, vt fidem meam tuerer apud principes reipub. qui de me pridem vltro meriti, nouæ aliquid gratiæ & litteris & per suos osten-

ſtenderent: principum autem beneficia in pretio habenda  
ſunt, quae vel in alios redundant. Illæ vero ſcriptiones cum  
mibi totos dies eriperent, tuis amantiffimè scriptis & doctiſ-  
ſimè, ſatisfacere non poteram, ut volebam, & oportebat: mo-  
ræ aliquid rogapam, cum à Transfueranis iſtuc iturus indies  
hic expectaretur. Itaq; nihil neglexi, datis ad te, cuiusmodi  
velles, litteris, alijs, ut mibi videretur, ad filium tuum: neq;  
præterij generum, tibi item carum, tui adeo obſeruantem,  
laudatum ab alijs. Animorum enim noſtrorum coniunctio-  
nem tam diuturnam, & firmam, neq; iejunam eſſe oportuit,  
neq; ſterilem ipsam voluimus: non oportuit, contractam à  
talibus, & conflatam à tali principio. Principium, ſive adi-  
tus nobis ad notitiam fuere litteræ, quas tu diſceres, nos do-  
ceremus. Diligentia mihi placuisti, quod ſatis eſt, ſed in alijs  
non id, quod quem intime deuinciat. Me modeſtia tua & ve-  
recundia, ut tibi præ pluribus vellem, facile commouebant,  
iam pergentem ad ingraueſcentes annos. Humanitatem ut  
omnibus, ita tibi ſtudio preſtitī & integratē: quorum  
hanc in quo quicq; deſideret, gratus erit nulli mortalium.  
Namq; asperitatē morum boni viri forte quis ferat & ſupe-  
ret, explorata ē beneficio animi benevolentia. Hæc ſunt in  
viro iuſtæ etatis argumenta ſolidæ virtutis, ſicut altera in  
iuvene, quæ neq; alterum fallant, & incrementa ſumant in-  
dies. Etenim ubi maiorum obſeruantia & pudor, ibi ſimul  
virtus, ſive perpetuum virtutis ſtudium. Itaq; cum una viue-  
remus, in cultu amicitiae inter nos nihil fuit deſideratum:  
neq; ex quo ē patria ad Inum migrasti, alijs in me meofq; fui-

st: mei tibi animi ipse testis eris. Nec enim de me, vel quod  
ad hanc rem, vel ad alia vitæ officia, loquar. A te boni viri  
officia religiosè seruata ab initio scio, ut nihil omittentes or-  
mum, que deberes aut præstare posses in amplissimo isto  
munere, quod ista tibi detulisset imposuisseq; ciuitas. Recor-  
dor enim, ut cum adueniens, alia atq; alia desiderari depre-  
hendisses, siue tibi ostenderent amantes patriæ ciues, accura-  
tè generentur omnia. Erat vobis curæ educatio iuuentutis  
præter cætera. Itaq; tecum adducebas, quos probaremus, usus  
item nostro consilio, ut ante omnia ciuitati & ciuibus consul-  
leretur, eorum præcipue ratione habita, qui ad aliquum par-  
tem reipub. educarentur. Eiusmodi & mihi ingenia solitus  
es commendare, & ego tibi, ut tuæ curæ & ipse suffrager, &  
quodammodo respondeam. Non erimus in hoc officio remis-  
siores, & alijs atq; alijs subueniemus siue re siue consilio, quo-  
rum hoc illius partes explet ut plurimum. Apud nos mode-  
stia & discendi diligentia se mihi ciuis vester, D A V I D  
CRVS IVS, admodum deuinxit, ut iuuenem his optimis de  
causis commendare non dubitarem, & tibi & pluribus: ita  
profeci, ut vestra quoq; voluntate mihi carior factus fuerit.  
Nihil noui fecero, si ipsum tibi reddidero, ut eundem iisdem  
de causis commenides patriæ. Non potui enim improbare, ut  
specimen studij siue profectus adferret. Magis enim consta-  
bit, & quid agat, & quibus cum viuat, & quid de ipso por-  
ro speretis: cumq; re ipsa datam fidem obligarit, nunquam  
eam deinceps fallet. Quod mihi de iuuenie persuadeo, si idem  
ciuibus persuadebis, mihi facies gratissimum, neq; minus de  
cini-

civitate vestra, quam de ipso mereris. Namq; se patriæ susceptum & natum credit, cuius sententiae qui sunt, & esse perseverant, boni citra dubium & utiles ciues sunt deniq; patriæ. Vale. Helmæstadio ex ac. Iul. Kal. IX br. cIɔ Iɔ cX.

E O B A L D O B R V M M E R I C.<sup>to</sup>

I o. C A S E L I V S S. D.

**H**abent hoc in consuetudine honoratores, idemq; fortunatores, ut sibi inter se ubi videatur, potissimum tamen sub ineuntis anni auspicium, ultra citroq; munera mittant, putagemmas, siue annulos aureos, siue ad viuum expressas imagines, quæcung; huius generis, testificantia mutuam benevoleniam, futura & ipsis & minoribus animorum benevolentissimorum, singularis deniq; amicitia, monumenta. Hunc morem, humanitatis plenum, priscis quoq; seculis seruatum è scriptoribus cognoscimus, neq; minus hoc restantur historie, quam poëta proddiderunt. Namq; & hi, si non qualib; reuera gesta sunt, sed que inter homines geri solent, bona item fide commemorant. Licet autem & tenuioribus, in nonnullis tamen ingenij diuitijs, illos amularis, & permutare nobis internos nostra, & illis, quæ dixi, preciosis hand inferiora, si rationis statera ponderentur. Recordor mihi aliquando ab amico pernibili & forunato, sed ipso tamen multis animi dotibus & haud vulgaribus litteris prædicto (is erat ex illustri Schulburgiorum gente, Daniel, Matthia filius) exprobratum, me huius generis munerum parciorem esse, quam oporteret aut ille vellet. Sed ego metilibus ipsi ostentare prætermiseram, vt neq; in assentationis suspicionem apud quemquam incurrerem, neq; alius generis remunerationem querere viderer. Eum tamen virum mortali vita funditum non uno loco celebrati, persoluto, uti spero, debito mutua amicitia. Quin hec scribenti & alia in mentem veniunt, quibus

quibus cum viuerent, munus non parvum, per solui autem liberaliter  
omnia exemptis consuetudine mortalium. Parium autem hac in re  
semper fui studiosior, qui dona erudita & darent & desiderarent,  
epistolam cultissimas etiam longinquiorum qualibuscumq; meis iden-  
titer remunerans. In hoc ipso genere cum te inferior esse non de-  
beam, quod tu semper in pluribus & arduis negotijs, ego & genere  
vite & nunc etate otiosior, mitto, que non nolle te sciebam, expecta-  
re pridem iusseram. Epistolam ad te consolationem inscripsi super  
secundæ tue coniugis obitu, non iam ut te à malore auocarem, (no-  
ueris namq; ipse modum dolori ponere:) quam ut matronam hono-  
ratiſſimam ego etiam, qua possem & deberem, laude afficerem. Ad-  
ieci litteras ad filium tuum Andream, nepotem socii nostri An-  
drea Myli, ipsi proponens & patrem & auum. Deniq; genero tuo  
gratulor. Huiusmodi sunt nostra munera, gemmis interdum nom-  
estimanda & cariora, nego iniuria: Vi enim, que ex intimis ter-  
ra visceribus inestimabilis pretij effodiuntur aliquid cœli habeant,  
quod non diffundendum censeo, habent certè τὰ τεταύδευμφων δῶρα  
plurimum mentis bone, & diuitiatatem redolent. Quod qui non  
intelligunt, aut cum intelligent, à mente vlerò discrepantes, non  
sentunt: hi sine mente errant, sive mente vacui sunt. At nego in  
hoc nos dissentire, mihi habeo persuasissimum: atq; bac mea opinio-  
ne fretus, hec quoq; scripsi, quibus ceteris prescriptis minus for-  
tè opus esset. Vale, Helmstadio, ex acad. Iulia  
VI. Kal. Decemb. cI9 I2 cX.

F I N I S.



adsp

AB 87900

ULB Halle  
002 717 867

3



Sb.

VD 77



B.I.G.

